Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

tempestas. Quid hic noctem. nisi absconditum temp. repentinum exercitus appellat. Tempestas ū nomine iudicii turbinē designat. Q d etiam psalmista testat dicens. Ds manifeste ueniet. ds nr & ñ silebit. Ignis in conspectu eius ardebit. & in circuitu ei tempestas ualida. De qua tempestate. etiam sapientia p salemonē dicit. Ego q in interitu uro ridebo. & subsannabo cum uobis qd tumeratus aduenerit. cum repentina calamitas irruerit. & interitus qsi tempestas ingruerit. Et quia ipsa uentura exercitus ignorantia nox uocatur. nocte oprimit eum tempestas. id est turbo eum diuini iudicii dū ignorat apphendit. Hinc enim ē qd p semet ipsam ueritas dicit. Si sciret pater familias qua hora fur ueniret. uigilaret utiq; & non sineret pfodi domum suam. & uos estote parati q qua hora ñ putatis filius hominis ueniet. Hinc etiam contra malū seruum dr. Si autem dixerit malus seruus in corde suo mora facit dns meus uenire. & cepit percutere cēseruos suos. manducet autē & bibat cū ebriosis. ueniet dns seruo illius in die q ñ sperat. & hora qua ignorat. Hinc paulus discipls dicit. Vos aū fres non estis in tenebris. ut uos dies ille tamq fur ēprehendat. Omnes enī uos filii lucis estis & filii diei. non sumus nocis neq tenebrarū. Hinc superbiens

diuini di uoce dr. Stulte. hac nocte repetunt animam tuā a te. quę aut parasti cuius erunt. Nocte animā suam reddere phibet. qui morte non puidens in tenebris cordis abstrahit. aut g. Nocte oppimit eum tempestas. Quia enim ñ uult agere bona quę uidet. deprehendit interitus sui tempestate quam ñ uidet. De quo adhuc subdit. Tollit eum uentus urens. & auferet. Quis hoc loco uentus urens nisi malignus spūs uocat. qui desiderioq flamas in corde excitat. ut ad ētitatem supplicioq trahat. Peruersū g quemlibet uentus urens tollere dr. quia infidiosus malignus spūs qui uentem quemq accendit ad uicia. morientē trahit ad tormenta. Nam quia uentus immundos spūs solet intelligi. qui male suggestionis flatu ad terrena desideria uniquoq corda succendit. hieremias ppha testat dicens. Ollam succensam ego uideo. & facies eius a facie aquilonis. Olla namq succensa ē cor humanū scelarum eiusq ardoribus desideriosq anxietatibus feruens. quę a facie aquilonis succendit. id est diaboli suggestionib; inflamatur. Ipse enim uocari nomine aquilonis solet. qui dicit. Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. ascendā super altitudinem nubium. Abbuius g urentis uenti uni cuius q electi mens adustione temperat.